



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 3. Carolus Hispaniæ Rex imperii competitor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.
A.C. 1519.

§. III.

*Carolus Hispaniæ Rex imperii
competitor.*

*Steidan. in
comm. lib. 1.
p. 21. edit.
ann. 1556.*

Nonnisi septima Februarii die Cæsaris obitus Carolo Hispaniarum Regi nunciabatur; cum enim indurata glacies semitam omnem operiret, tanta progrediendi difficultas nuncii celeritatem quantumvis maximam ita eludebat, ut Cæsaraugustam, ubi tum Rex agebat, haud citius venire potuerit. Equidem hæc cunctatio permolesta acciderat Carolo, ne tamen inutili luctu tempus falleret, S. R. I. Electorum suffragia sibi conciliare, serio cogitavit.

§. IV.

tamen mireris; Continuator enim nondum quo animo ferre poterat, quod Maximilianus faniora edoctus, mutato consilio edicta de cogendo Pisano conciliabulo damnaverit, schismaticorum ausus improbaverit, Lateranensi Concilio adhæserit, ac relicto Gallorum Rege ad Pontificis obsequium redierit. En causam! ob quam piissimus ac constantissimus Imperator levitatis nota a Continuatore perstringitur; cujus tamen livor in Augustissimam Domum Austriacam usque adeo omnibus notus est, ut ejus calumniæ, velut canis alligati latratus passim contemnantur.